



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO ||
Mechliniensi Au||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae
paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per
IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||**

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

Ioannes Varennius eruditissimo Iuris utriusq[ue] Licentiato, D. Philippo
Clerico S. P. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69674](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69674)

I O A N N E S V A R E N

nus eruditissimo Iuris utriusq; Licentia-

to, D. P H I L I P P O

C L E R I C O

S. P. D.



L V R I M I summa eru-
ditiōe uiri æditis libris
de Græcanica Syntaxi lu-
culentissime p̄ceperūt, ni-
mirū Apollonius, Theo-
dorus Gaza, Lascaris, aliq̄ eiusedē clas-
sis non pauci, qui eam posteritati tradi-
derunt sic absolutā, ut illis quoq̄ ad per-
cipiendā eam linguam sufficiat, qui lati-
ne ignorant, quiq̄ Quintiliani freti cō-
silio Græce discunt, priusquā sciant la-
tine. Verum hoc nostro seculo plerisq̄
hic ordo inuertitur, multis Græce litera-
turę studia demū amplectentibus, quū
iam in Latinis literis nō nihil promoue-
runt: uel quod tū deniq̄ animaduertāt,
quā nō consistit absq̄ Græcis linguæ
Latinæ peritiā; uel quod in adolescentia
præceptore

ꝑceptore Græco destituti, Latine tantū
 discēdi facultas ipsiis fuit, non etiā Græ-
 ce. quo fit, ut dū perceptis nominū uer-
 borumqꝫ inflexionibus sese conferunt
 ad syntaxim, offendant eā multis super-
 uacaneis implicitam, ac per hoc nimia
 prolixitate molestant: quod passim, nul-
 loqꝫ discrimine cōmisceat, siue quæ cū
 Latinis pugnant, siue cōtrā quæ cōsen-
 tiunt. Nos itaqꝫ quo discipulorū nostro-
 rum, quos priuatim erudiendos suscepi-
 mus, tantū subleuaremus tedium, col-
 legimus, et in libellū perbreuem diges-
 simus, quicqꝫ in syntaxi Græca depre-
 hendimus, quod Latinis uel ignorat,
 uel ab ipsorū consuetudine penitus ab-
 horret, omiſſis omnibus quæ cū eis cō-
 sentiunt. Quāquam autem hæc primū
 nō in hoc conscripsimus, ut publice o-
 mnibus inuulgarent, sed in usum tantū
 & utilitatem cōuictorum nostrorū: hor-
 tantibus tamē et urgētibus amicis, con-
 misimus ea prælo Rescēi nostri, tibiqꝫ in
 primis dicanda duximus. Siquidē ma-
 ximæ

ximæ mihi iam pridem tecum intercedere
 consuetudinis causæ, nempe quod isti
 us tuæ eruditionis, haudquaquam vulga
 ris, me præceptore fundamenta iecisti;
 deinde, quod iam inde à puero dome
 stica familiaritate mihi coniunctus, sin
 gularè semper mihi exhibuisti beneuo
 lentiam. denique quod uirilè ætatem iam
 ingressus, tamen non cessas perpetuo
 tui in me amoris declarare sinceritatè.
 His omnibus etiã accedit, quod frater
 germanus es ornatissimi illius & sum
 ma humanitate præditi iuuenis, eaq̃
 utriusq̃ literaturę & sacrarum scriptura
 rum eruditione, ut unus non modo suæ fa
 milia, aut patria, uerum etiam uniuersa
 Christianorum orbi ingenio suo, si uia
 ta longior contigisset, ornamèto esse pos
 tuerit: illius, inquam, Reuerendissimi do
 mini, Domini Ioannis Clerici, quondam
 Archiepiscopi Arborësis apud Sardos,
 discipuli & patroni mei, dum uixit, ma
 gnificentissimi: quem tu quidè uniuersa
 sis animi dotibus, morumq̃ integritate
 a deo

N V N C V P A T O R I A

ā deo refers expresse, ut nō possis expres-
 sius. Suscipe igitur hos nostros *περὶ συν-
 τάξεως ἑλληνικῆς* Cōmentariolos: in quoz
 rū plerisq; locis utimur exēplis è sacris li-
 bris desumptis, quod sciam tibi, quum
 & ipse Ecclesiasticorū ordinī temet ad-
 iūxeris, in primis probari, quicquid Ec-
 clesiasticam scripturam quoquo modo
 sapiat.

Vale: Louaniῆ, Anno
 à Christo nato

1532.
 Calend. Iulij.

37